Quelle: https://manuscripta.at/?ID=908
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

celo. quis potest enar
rare. quis potest explicare
uel inuestigare. Tene
amus nos ad istam huma
nam natiuitatem per quam
nobis donauit deus graciam.
Gratia in qua donata est
non merces reddita. Qui
creauit sanat. per ipsam
leuat uiuentem. per ipsam
curat egrotantem. per
ipsam coronat uincentem.
Ipsa est fides. ipsa est ue
ritas. Hoc est christiane
fidei firmamentum. quia u
nus homo per quem rui
na. alius homo christus. per
quem structura. Ceci
dit qui non mansit. eri
git qui non cecidit. Ru
it ille qui dimisit ma
nentem. manens christus in pa
tre. descendit ad iacentem.
Ipse puer paruulus ex semine
israel. et ipse nobiscum deus
emmanuel. Que est illa
nostri generatio saluato
ris. qua gignenti pater
coeternus est. quam hanc
generationem ex uirgine
mundus expauit. quam pia
fides agnouit et tenuit.
infidelitas irrisit. superbia
timuit superata. Que
nam est illa generatio.
qua in principio erat uer
bum. et uerbum erat a
pud deum. et deus erat uer
bum. Vel quod est hoc
uerbum. quod dicitur
antea non silebat. quo
dicto non siluit qui
dicebat. Quod est uer
bum sine tempore. per
quod facta sunt tempora.
uerbum quod per labia
nullus aperuit. ceptum
clausit. uel finitum. uer
bum quod inicium non habet.
ex ore loquentium. et aperit
ora mutorum. uerbum quod
linguis infantium disertis